



Hodoeporici Byzantini Lib. III. Ad illustrissimum D. D. Antonium Perrenotum Cardinalem Gravellium

<https://hdl.handle.net/1874/433561>

Quæ nec presteres metuens, nec dira neparum
 Spicula, non hydri morsus, non aspidis horrens,
 Omne genus tactu solita est sopire chelydros.
 Connubij & cum iura sui violata timebat,
 Vipera dubios explorans aspide partus,
 Læthiferum exhibuit pro lacte in pocula virus.
 Hanc ego de Libycis hoc transmigrasse cauernis
 Crediderim gentem, & mutato nomine eosdem
 Marmarodas quondam Psyllos, Marsofue fuisse.

Heic quoq; Dardanæ extrema radice sub Idæ Raptus Ga-
 vallis erat celebris, celsis circumdata pinis, mymedis.
 Abietibus, nigris piceis, & densa cupressis.
 Semper fröde virens vernanti, Harpagia quondam
 Indigenæ dixere senes, cui iuge remansit
 Nomen ab euentu, celebratiq; omine furti.
 Nempe quòd in siluis, ac valle hac semper eadem
 Tros puer insigni facie spectabilis olim
 Est solitus densa, tremulaq; recubere in umbra,
 Aut agitare feras telo vibrante fugaces.
 Sic & ibi somno compostum, credere famæ
 Si tutum vulgi, pedibus Iouis armiger uncis
 Sublimem rapuit, carumq; Deo intulit astris
 Flammigeris. Vbi nunc demum Iunone ministrae
 Inuita Superis, & pocula nectaris explet.
 Cynthius interea, dum nos statione moramur

L I B E R

In tuta, & vacui, cunctis curisq; soluti
Gaudemus veteres Troiae lustrare ruinas,
Et Phrygiae fineis, properas Ganymedis ad urnam,
Lenierat placido maria indignantia vultu.
Nauita confessim refugo de litore funem
Deripere, hinc famulosq; iubet laxare rudentes.
Linquimus explicito Priameia litora velo.
Et ratis Aeolio male veetæ virginis undas
Acta Noto sulcat, rostroq; fatigat anhelo.
Paulatim ex oculis vanescit inhospita nostris
Gergibos. Gergithos, atque altas pariter subsedit in undas
Helleponiaco multum vicina Priapo
Lampsacus, at contra iam prominent equore toto
prius Pythui-
sa. Callipolis Splendida Callipolis, Turcarum prima rapina:
Sæuus Amurathes quam magno inuaserat austro
Ingressus vetitos numero so milite fineis
Diuitis Europæ, cum iam discrimine paruo
Apparere procul nauarchæ in puppe sedenti
Ad clauum, & turres sese exsertare parabant.
Ut tamen occurrit vicinior undique tellus
Thracia Cher-
ronefus, nunc
Streito de
Gallipoli. Exoptata diu, atque sinu nos cepit aperto
Sæuus in angustum quæ clauditur Helleponius.
Nec mora laxatis heic funibus ardua pinus
Sternitur, & rapidi conuoluunt carbasa naute,
Hinc leuitate agili, tum crebro roboris ictu

Alter

Alternis fodiunt stridentibus æquora tonsis,
 Donec anhelantes sistant ad litora puppim
 Remuagam, geminas ubi nūc & mœnibus æquas
 Hinc Asia, atque illinc Europe porrigit arces,
 Scilicet ostriferæ vicinam Sestor Abydo. Sestos,
Abydos.
 Quæmodo veligeris velut addita claustra carinis
 Firmaq; finitimiis ceu propugnacula terris:
 Ne maris incursu pirata, vel hostis oberret,
 Propositum per cœrula iter, cursumq; morantur
 Nauigij. nec enim externo fit libera cuiquam
 Hac via, sed cœptum cursum interrupere cogunt
 Exploratores. donec lux tertia Phœbum
 Exhibeat cœlo, & tum demum quisq; virutim
 Hic capit is censum, tributaq; pendere Regi Hic tributum
dandum.
 Turcarum. seu lege loci, aut de more iubetur.
 Tertia sed postquam, Pallantias, atque reducto
 Eniuit iam Sole dies, tenebrasq; fugauit,
 Obijce subtracto mox clausa repagula iusti
 Roboris, & massæ immensa ferri, atq; catenæ
 Soluuntur nauis quæ ad stricta utrinque quietas,
 Ne clam vela darent, arcta stations tenebant.
 Sed licet hinc pices incubens flatibus Auster,
 Contra illinc gelidis Aquilonibus asperet undas
 Aeolus, ingeminas stridorem, auidasq; procellas,
 Tu vehemens heic horror aquæ, semperq; laborans

L I B E R

Nereus, ne rursum repetant confinia terræ
Diuulsæ quondam, rapidis exæstuet vndis.
Non potuere tamen concordia pectora amantum
Soluere, ne noctu de more subinde coirent
Irriguoſ inter ſomnos, altamq; quietem,
Cum fera tempeſtas, & cùm Fors obvia utriue
Fauit Acidalijs accommoda tempora furtis.
Peruigilum iam tunc intra penetrare parentum.
Qui vehementer pares in amore, fideq; perenni
Hosce maritali vetuerunt foedere iungi.

Omnibus, vt decuit, perfuncti rebus, iniquo
Helleſpontiaci pro voto, ac lege Tyranni,
Atque angusta freti euecti gaudemus, & omnes
Latam, quotquot erant intra caua texta carinæ
Ignoti, notiq; iubent exporger frontem.

Iamq; ratis fauces, æſtusq; egressa potitur
Liberioris aquæ campis, vbi protinus æta
Plus minus ipsa decem ſuperarat millia pleno
Aequoris Aegæi ſpatiosa per inuia velo.
Linteatum demi iuſſit nauclerus, & vnetam
Firmari classem. Hesperio nam gurgite currum
Abdiderat Titan, alijs redditurus ab vndis.

Ipsaq; per proni Surgens confinia fratriſ
Ante quidem Phœbe mundo dominata silenti
Roriferis ſuperum lustrauerat æthera bigis,

Donec

Donec obumbratis rursum Pallantias astris
 Extulerat lucem, referens opera, atque labores.
 Cœptū iter accelerant nautæ, cursumq; capessunt
 Vndiuagum, & ducibus expandunt linteā vētis.
 Promouet a tergo, velum tendentibus auris,
 Incumbens Aquilo nauim, facilemq; secundo
 Connixè reflui propellit marmoris æstu.
 Cum procul adspicimus collapsam funditus arce
 Protesilæi vestigia certa sepulcri: Sepulcrum
Protesilati.
 Augurio admonitus, cecidit qui victima primus
 Ad Troiam egressus Sigēo in litore nauim.
 Fatalémq; suo casum est p... omune adeptus.
 Nec procul inde aliud monumētū insigne perenat
 Latrantisq; canis viua sub imagine saxum
 Prominet, & funus, & bustum funeris expers.
 Nimirum, ut memorat, coniux Priameia quondam
 Funditus eversæ post tristia funera Troiæ,
 Funera natorum, tum funera dira mariti,
 Et Polydore tuo spectans in pectore vulnus,
 Qui super unus eras viduæ spes sola senectæ.
 Nam pater imbellem, teneraq; etate puellum
 Odrysio furtim Regi commisit alendum.
 Qui nimium prædae, atq; auri succensus amore,
 Clam ferro incautum tandem iugulauit alumnū.
 Hisq; alijsq; malis turbata, doloribus ægra

L I B E R

Exanimis, penitus gelida, exsanguisq; rigenq;
Composito in rabiem rectu iam morte sub ipsa
Sic tandem in silice est couersum exsanguine cadaver
Cuius ab informi locus omnis imagine Græcum
κυνόσσαμα Nomen adhuc porrò retinet canis, atque sepulcri.

Inde leues aurae turgentia vela replebant,
Simois. Cum Simoentis aquas, & Graio nobile busto
Rhetion. Rhetion, & multum debenteis vatisbus vmbribus
Liquerat vnceta ratis. iamq; uti nauita ventis
Iussit, & a tergo flatus captare secundos,
Suspenso omne genus velo, tensoq; rudente.

Tenedos. Heic primum Tenedos ponto notissima fama
Occurrit, validas olim quæ culmine montis
Excelsi gesit latis cum moenibus arces.
Quas Ligurū, Venetumq; ferox discordia tandem
Excidit, prorsusq; a sedibus eruit imis.
Dum simul intestina gerunt ciuilibus armis
Prælia Christicole, nullam referentia laudem.
Nunc disiecta iacent diuersa per aua paßim
Saxa, nec ullius faciem referentia coetus.
Rustica sed tantum parvo gurgustia sumptu
Condita spectantur, quæ nunc gens Turcica finit
Vicinos paßim populata recentia pangit.
Iamq; ratis Tenedi supremam litoris oram
Sulcabat, ventis satis hactenus usq; secundis,

Cum

Cum simul aduersæ surgentes protinus aure
 Accepto cursu pinum remorantur euntem.
 In latus aduersum translatis funibus, audax
 Torquet in obliquum mox denuo nauita puppim.
 Veritutur aëta ratis nutu revoluta, coactis
 Et latere à leuō turgescunt linteæ ventis.
 Sulcat iter, rursumq; secat vada spumea ponti.
 Linquimus Aeolidos fineis, & ab Hectoris Urbe
 Flebitimus in dextrâ partem trâs æquora cursus.

Ipsa Samos dextra Thracæ cōtermina stabat. samothracia
 Vnde vetus retinet Latium Samothracia nomen. nunc Saman-
 drachi.
 Sed Paulisper adhuc hac tempestate, nouata
 Gentis ad incultæ delumbem gutturis usum
 Voce, Samandrachi vulgi sermone vocata est.
 Has Agathoclæis argillam fingere quondam
 Docta modis, patriumq; solum gens arte decenti;
 Fictilibus variare nouis, testisq; politis,
 Incoluit sedes, decus vnde, & nomen adepta est.
 At Versis studijs hac tempestate, coactis
 Est assueta fauis spumantia cogere mella,
 Aut olidos passim caprarum educere fetus,
 Sit licet ipsa quidem patriæ letissima tellus,
 Nec cultoris egens, nec diuitis ubere glebae,
 Sed cita dum fissis ratis hanc præterfluit vndis,
 Et nunc à dextris excelso vertice stabat

L I B E R

Lemnos, nūc
stalimene. Canis Athos, sese mox extulit æquore Lemnos.
Quam postquā iuuenes videre, & Lemnia norat
Litora, dimitunt mox pendula vela, & apertos
Intrabat portus remis agitata carina.

Heic iterum capti rerum nouitate, silentis
Lumina per Lunæ sinuoso in litore passim
Corpora curamus, saturiq; in amœna vagamur
Per loca, perq; situ squalentia litora inertis.
Dum nox ipsa viæ spatiū interrupta, & umbris
Inuoluens circum terramq;, polumq; reductis,
Paulatimq; vagæ subducto lumine Phœbes,
Abstulit ex oculis orbi, rebusq; colorem.
Nosq; etiam inuitos tandem nebulosa coagit
Inde referre pedem, rursumq; in texta carinæ
Per loca trita parum gressu properante reuerti.
Sed primū ut madido gémateis rore per herbas
Matutina vagi rubebant lumina Solis,
Rettuleratq; diem motis Pallantias astris:

Hephæstias, Tum procul exhibuit sese Urbs Hephæstias, ipso
nūc cochino. Insulæ in ipsius medio, clarissima quondam,
Nunc nimium saui depresso Tyrannide Turca.
Hanc prope collis erat, nulla usquā cōsitus herba,
Gramine nec molli, nullaq; propagine Vitis,
Arboreæne inquam visus reuirescere silua,
Sed veluti exustus Phœbeis undique flammis,

Affiduoq;

Affiduoq; grauis incandens lampadis æstu,
 Rupis & exæsæ faciem referebat hiulci
 Aut prorsus scopuli, quem crebri fulminis iectu,
 Et perterritre crepo tonitus, nimbiq; fragore
 Iupiter indignans exscindere funditus ardct.

Tu tame ipso tuo, & non nullo munere felix,
 Iam neque carminibus neglecta silebere nostris,
 Vnica præ cunctis celeberrima Lemnia tellus.
 Nota diu medicis, studijsq; accommoda nostris.
 Cui mira virtute malis medicarier, atque
 Pestibus omne genus, varijsq; obsistere morbis,
 Aut natura dedit, dedit aut qui temperat ipsam.
 Autor & illius Deus, estq; potentior illa.

Terra Lēnia,
 seu sigillata.

Huius & inuentū primū moremq; vetustū
 Scrutandi, indigenæ gentis ritumq; quotannis
 Seruatū expediā, & facili, & certo ordine pādā.
 Ergo ubi sacra dies, & certa volubilis annū,
 Adeccima Augusti iam quinta illuxerit orbi.
 Tempus adeſt, rediere suis stat a tempora rebus,
 Delectus propriūq; dies reuocatur in orbem,
 Quo fas frugiferæ est, rursum tellure refossa
 Rimariq; sinus impunè, & viscera matris.
 Tū procerū glomerata manus, generosaq; pubes
 Et circum magna iuuenum comitantे caterua
 Omnibus ex oris, vicijsq; ex omnibus, ipsa

Idibus Augu
 sti effoditur
 terra Lēnia.

LIBER

Quām latē circūm Lemni patet insula vasti
 Conueniunt, properatq; statu de more Cochinum,
 Sombach pre Continuò Sombachus, honor cui maximus illic,
^{fetti nomen} in Lemno. Tradita cuius ea est tutelæ, atque insula curæ,
 Sexaginta legit haud segnes, crede, ministros,
 Rustico & assuetos operi, gnauoq; labori.
 Qui versare solum, durisq; ligonibus instent
 Admoniti, haudq; grauem sudore ferre recusent.
 Hosq; sibi accitos socios in rebus agendis
 Secretum per iter, multaq; ambage viarum
 Deducit, fallitq; rudes sermone, iocisq;,
 Donec ad exiguum forma, nec diuite cultu,
^{Sacellum, cui} nomē Sotera. Sed sacrum veteri pro religione sacellum
 Perueniant, in quo multa pietate sacerdos
 Delectus, Graio ritu, Graioq; canore,
 Et patrio de more Deo diuina face sens
 Nempe salutifero, sollennia vota, precesq;
 Concipit, & peragit lustralia sacra Tonanti.
 Sed comites stratiq; solo, genibusq; voluti
 Vestibulum ante ipsum, primoq; in limine se se
 Agglomerant omnes, magna addēsantq; corona,
 Heic sotera Deū ante omnes, reliquosq; precatis
 Cœlicolas Diuos, volucres Diuūmq; ministros,
 Suppliciter patrijs venerantur numina votis.
 Inde ubi diuinis operata, Deumq; precata est

HAC

Hec manus agrestum, pretio conducta, seueri
 Ductorisq; sui mandata facessere præsto
 Oem opera addicit, promptumq; ad nissa labore.
 Ille viae comites ad certa silentia primum,
 Celandiq; locum externis confederat omnes.
 Deinde vetat cupida ne quisquam aut fraude, doloue
 Particulam effossa furtim tellure recondat.
 Quam mercem populis externis distrahat. inde
 Rursum iter incepturn accelerat, properatq; secundum
 Ad teli iactum, aut paulo amplius, ire patentem
 Lena viam quam monstrat, eam qua semita ducit.

Quo simul, ac tandem sinuosa per aua ventu. Loci descri-
 Perpetua est heic caute rigens, & sentibus hirta ptis, unde mil-
 Planities, inculta, nec ullis pectita rastris,
 Non miti Baccho, aut donis Cerealibus apta.
 Cuius in extremo, cingentibus omnia saxis,
 Altera stat rupes nemoralis margine campi.
 Hanc late circum, tepidum quam vergit in Austru,
 Et matutinum Sol aureus exserit orbem,
 Plana salebro si late iacet area campi.
 Cuius adesa velut scabra rubigine, & omnis
 Est exusta loci facies, & torrida ab æstu.
 At quam Threiciam, & glacialē respicit Arcton,
 Quaq; videt serum condentem lumina Phœbum,
 Præceps exesis radicibus imminet agger,

Lucifugam

L I B E R

*Lucifugam attollens nemoroſo vertice frontem.
Quam circum densæ piceo velamine vepres
Prætexunt, & quā nemoru viridantibus umbris,
Atque obscura suis folijs ramalia opacant.*

*Heic ſpecus arcanū, multoq; horrore verendū
Vicina ſub rupe latet, cœcoq; recessu
Summotū ex oculis, camerato & fornicē opacū.
Cluofo hoc tandem ſcopulo, ſeu colle potiti,
Mox proni terræ, & curuato poplite rurſum
Numen adorantum ritu cœleſte præcantur,
Fœlicemq; loci Genium, indigeteſq; salutant.*

*Inde operi ſeſe accingunt, pars tollere moles
Faucibus obiectas antri, pars magna bidenteis
Expediunt, nitidoſq; acuunt in cote ligones.
Telluremq; parant alij ſaþe inde refoſſam,
Argeſtamq; iterum ſacro deuoluere ab antro.
Donec obumbratæ cœca in penetralia terræ
Perueniant, quibus ipsa velut latet abditam illoſ
Lemnia, non aliter pretioſa, & cara ſolemus
Arcanis penitus cimelia condere capſis.
Sic refugas, medioq; ſinu genitricis opertas
Rimantur venas, imoq; in viſcere terræ
Educunt, penitus luſtratis ante latebris.
Et glebam minij medicam totius in anni
Depromunt uſum, qua morbos, vulnera curant,
Pefſio.*

Pestiferæq; etiam labis contagia pellunt,
Multaque mortaleis que nos incommoda vexant.

Cotinuo heic locuples saccos, culeosq; capaces
Gossipio, & Vario pilorum stamine textos
Explet Sombachus memoratæ mercis aceruis.

Inde iterum obstipare aditus tellure recenti

Agrestes, raptimq; cauas explere latebras

Aggere coniecto, atque agrestis molibus instat.

Spelæumq; foris, circumq; infraq; supraq;

Errantes ederae, & croceis Viburna corymbis

Nexa tegunt, rarisq; virens Labrusca racemis

Occlusos aditus Umbroso obnubit amictu.

Quo loca senta situ, & frondetibus obsita dumis,

Acleum piceo foliorum obtecta recessu,

Ex improviso venienteis fallere posset.

Post comites non versa retro vestigia eadem

Qua venere, legunt, verum certo ordine cuncti

Diversum per iter dominum comitatur euntem,

Dum Tarteßiacas iam Sole cadente sub undas

Perueniant mane unde prius soluere profecti

Scilicet oppositum vicina in rupe Cochinchinum.

Hic quicunq; loco imperitat, qui præsidet oræ,

Pacta prius Getico persoluit iura Tyranno,

Qui parta insidijs & regna, & sceptra gubernat

Constantine tua, atq; Asia ferus occupat Urbeis.

Sombachus
Phragidos po
tissimā partē
ad Solymānū
ratione tribu
ti mitit.

Maxima

L I B E R

Maxima cui cedit terræ pars iure quotannis.

*Solymannus
Spfragida di
stribuit.*

*Atq; hanc munificus Varios impedit in Vtis,
Siue quis egregius fama, aut præstantibus ausis
Ante alios notus, seu quis forte utilis illi
Consilio, aut saeu dubio in discrimine Martis,
Siue nouas arteis sollers produxit in auras,
Mercedem hinc factis dignam, pretiumq; laboris
Accipit, aut si qui præclarè munia Regum
Externorum obeunt grauis aut mædata Senatus,
Missi oratores Byzanti ditis ad oras.
Hosce sibi meritis, & tali munere largus
Deuinct, carisq; suis, alijsq; propinquis
Mnemosynū in patriā reduces dat ferre salubre.*

*sombachus
folus Spfragi
da distrabit.* Altera Lēniaci minij pars deinde per omneis
Europæq; Asiaq; atque orbis spargitur Urbeis.
Hacq; vnus toto exercet commercia mundo
Sombachus, regni quem in tali parte locauit
Turca animo forti notum, & præstatibus ausis.
Sit licet hic nullo maiorum stemmate clarus.
Turcæ etenim semper procaciter omnia voto,
Consilio, & nutu cesserunt tempore ab illo
His, quo Christicolas regnis exegit ademptis.
Nanque ubi Barbarico vel regna aliena tumultu
Invasit, vieti siue Urbeis violenter ademit:
Non quenquam patitur regnis succedere autis,
Atque

Atque paternarum cognato à sanguine scribi
 Heredem vel opum, vel aucti iure peculi.
 Verū ut cuiq; animus præstas, nec degener arctis
 Nobilibus, feruetq; auido sub pectore Mauors,
 Quæsitumq; manu decus, aut vicitribus armis
 Ut fuerit, talem superatæ imponere curat
 Rectorem genti, nunc hunc, nunc protinus illum
 Substituit, propriaq; hic cuncta libidine versat,
 Rursus ubi sic visum illi nec inutile, paucos
 Post annos alias procul ablegatur in oras,
 Atque idem alterius populi, gentisq; remotæ
 Imperium locuples, externaq; regna capessit.
 Inq; locum illius mox sufficit ipse recentem.
 Ne post victorum mutatis denique rebus
 Amplius indigenæ leges, & iura retractent.

At si forte aliquis furrim temerarius ausit
 Hinc licet exiguum rubricæ tollere partem,
 Ut mercem populis externis distrahat, ille
 Illicet editi violati pendere pœnas
 Cogitur, & pereunt fractæ res funditus omnes.
 Portio enim indigenis, solis operumq; ministris
 Pertenuis proprium tantummodo cedit in usum.
 At nūc quādoquidē quæ his auribus haufim⁹ ipsi
 Nostra rudi tantum percensuit ordine Musa.
 Fas mihi sit vulgare modum, ritumq; vetustum,
 Scripto-

suffirati ter-
 rā Lemniam
 confiscatio be-
 norū pœna.

L I B E R

Scriptorū ut memorāt monumēta insignia, prisci
Deniq; quem quōdam primæua ab origine patres
Instituere, diuq; obseruauere minores.

Ergo ubi Lemniacæ genti sollennis honorem
Lux solita attulerat, qua iam tellure reclusa
Fas erat occultas terræ explorare latebras,
Atque sphragin medicā proferre in luminis orbi,
Cum ductore suo gentis conuenerat omnis
Lemniacæ manus, & promiscua turba virilis,
Femineiq; etiam sexus, iuuenumq; senumq;;
Festaq; magnificis agitauerat annua sacris,
Concilians Veneris comprimis numina lesæ,
Venus Lem- Femineum quæ exosa diu genus omne profanum,
niadibus in- Hæc quacunq; maris reflui præcinctigitur vndis
fensa. Insula, quod Diuæ nulos sacrauerat igneis,
Sacra nec illius quod nulla heic imbuit aram
Hostia. deinde Deæ soluebant vota marito
Debita Mulcibero, qui celsi à vertice cœli
(Sic apud indigenas vulgata licentia famæ est,
Atque poëtarum passim deliria iactant)
Turbatus dira patris impietate, perustam
Narratur roseo sparsisse hanc sanguine terram.

Homer. lib. 1.
Iliad.

Nanq; illū fama est, cœlo cùm pulsus ab alto,
Atque diem totum præceps per inane rotatur,
Hanc ipsam in Lénon delapsum ex aethere, et isto
Rursum

Rursus ab indigenis tandem scopulo esse repertū,
 Alternos & eō lapsantem poplite gressus.
 Denique ad hēc etiam adiiciunt, si credere dignū,
 Omnia iam casu labefactum membra recenti,
 Admotoq; salutiferē hoc medicamine arenæ,
 Cuius ibi tantum fuerat tum copia, mira
 Protinus huius ope, auxilioq; dolore solutum
 Conualuisse, dem reparatis viribus, omnem
 Antiquum afflictis membris rediisse vigorem.
 Cuius ut aternū facti monumenta manerent,
 Purpureus, quasso qui fluxit corpore sanguis,
 Infectis subito, roseo ceu murice, terram.
 Vnde illi virtus eadem post facta remansit,
 Posset ut omni genis languetum ob sistere morbis.

Ast olim cum se sacris referebat ab aruis
 Diues opum, diues medicatae mercis aceruo
 Conducta cum pube sua Dux Lemnus, illic
 Adstabat Veneris succincta in veste sacerdos,
 Fictilibus quo tum pateris phialisq; coactæ
 Hircinum terræ miscebat ritè cruorem,
 Quem prius infensa Veneri, Diuīsq; litarat.
 Post autem Ortygiam cupidi placare Dianam
 (Bis nam, terue suos ritus, & sacra nouarunt
 Indigenæ) rursus contempta Cypridos arā,
 Dictynna noua sacra vni instaurare quotannis

Ratio poëtica
virtutis ter-
rae Lemnæ.

Dioscoridū
tempore hircinū
sanguinē Ve-
neri litatum
terræ Lēniæ
admiscebāt.

Galenī tēpo
re Diana Lē-
nij sacrificia-
bant.

L I B E R

Cœperunt, & odoriferi dare thuris honores.
Pestifera nam saeva luis contagio Lemni
Aequorei passim cunctas diffusa per Urbeis
Indigenis, miserum, iam vix ignouerat ullis:
Aspera quam dudu neglecti Numinis ira
Inflxit, memores tandem sic ulta furores.
Illi ergo omnes veniam, pacemq; per ædem
Postmodò tentarunt, & conciliare fauorem.
Idq; adeò remedi prius ostendistis, opisq;
Dicit ei, simili non nunquam clade viritim
Multati, auxilioq; pari à contagie leuati.

Modus purgandi terram
Lemniam.

Vt primū ergo sacri tumuli ē penetrabilibus altis
Multi iuga sub rupe, latet qua condita, rursus
Est effossa rudis sollenni tempore miltos:
Suppliciter solito de more operata sacerdos,
Illi utique a reditu vicino ē fonte petitum
Torrentis solita est fluidi miscere liquorem,
Illi usq; grauem scoriam detergere lympha,
Terreaq; in solido purgamina linquere fundo.
At reliquam, quæ tum magis utilis esse putatur,
Inde minutatim transferre in cribra, decenter
Atque manu quatere illa leui, dum frustula terra
Subsidant sincera foraminibusq; colentur
Emundata, magis quæ lenta vligine pingui.
Interea famulæ sacrorum, operumq; ministra,

Quægi

Quæq; suas peragunt partes, & munia tractant.

Nanque aliae properant, dispositis ordine grumis

Exprimere admissos fonteis, aliæq; subactam

Atq; iterū, atq; iterū voluunt, massāq; retractat.

Pars in frusta secat, pars leui protinus illa

Componit tabula, singlatim extensaq; durat.

Ast aliae expendunt æquata segmina lance

Digerere in paruos dragmarum quatuor orbeis,

Pastillosq; manu non nullis vñica cura est

Aut Soli explicitos capræ insignire figura.

Atq; charactere hos tādem σφερύιδ' αγος ab illo

Quis, quæso, dubitet, veteres vocatae Pelasgos?

Tempore at ex illo, Triuiae quo antistita primo

Mutato ritu diuina facessere coepit,

Pestiferam indovenis contagem auertere curans,

Sunt impressa illis tria virginis ora Dianæ.

Verum Lemniacos, qui hac tēpestate parātur,

Pastillos pressos, obsignatosq; videbis,

Inscriptosq; notis Arabum, ignotisq; figuris,

Sive characterū formis, TIN IMACTON ad

Quæ propria gēti lingua proleta sonare (vngue,

Atq; sigillatam terram signare feruntur.

Huius at erroris cupidi restinguere fontem,

Mendacemq; Deūm Vanorum euertere cultum

Christicola, Venerisq; aras, & festa Dianæ.

Quibus charæ
æribus diuer

so tēpore hæc
terra lemnia

fuerit sigilla-

ta.

Galenī tēpo

re imprimē-

batur signum

Dianæ.

Hoc tēpore an-

te effusionē

terre celebra-

tur à sacerdo-

te missa, cui

etiam Turca-

intersunt.

L I B E R

Tergeminæ, induxere nouos post cetera ritus.
Sacraq; quæ nobis Christus celebranda reliquit,
In proprium vertens Cerealia munera corpus,
Inq; salutiferum liquentia vina cruentem,
Despectis reliquis sanxerunt esse colenda.

Quem, superis grates, hac tempestate litandi
Obseruant, retinentq; modum, ritumq; precandi
Indigenæ, hæc quacunque maris præcingitur vndū
Insula. quinetiam linguisq; animisq; fauebit
Turcica plebs, & dira alias, inimicaq; genti
Nazareæ, si quando sacris præsentibus illi
Contigit esse, simul communia sacra fountes.

Nunc agè pastillis, quæ sint discrimina, pauc
Expediam dictis, certo ordine singula pandens.
Principiò, istius quoniam non una rubrica
Est species, nec forma eadem, sed nec color vnuig.
Illa mihi potior reliquis, illa ordine prima
Iure recensenda est porro, quæ pluribus annis,
Et longum cæcis quæ terræ educata cauernis,
Iam pridem è tenebris in apertas prodit auræ.
Illa characterum formis distincta quaternus,
Et totidem punctis nullo fabulone molesta est.
Sed resinoſa, tenax, & lenta vligine pingui,
Nescio quid gustu lutulentum contrahit ori.
Atque haec obscurum misto pallore ruborem

Servat,

Seruat, eiq; orbis non pollice largior uno est.

Altera sed paulo rubicundior, estq; priori

II.

Haud multum absimilis, paulo maioribus, atque
Insignita notis tribus, & septem ordine punctis.

Illa salebroso sabulo saturata, subinde

Mandetum grauiter crepitat sub dente molestu,

Interea & succi, paulumq; saporis acerbi est.

Tertia diuersis elementis Lemnia multos

III.

Obsignata pari in spatio est, mutatq; colorem.

Nanque rubet primum maiori ex parte, sed albis

Interpuncta notis, maculisq; albentibus usq; est,

Versicolore velut rutilat substemine vestis.

At vero terrae diluti est quarta coloris

IV.

Lemniacæ species, quæ partim buxea pallet,

Suaue rubet partim, tornatile quale decenti

Candet ebriumino tintum, verum illius orbeis,

Pastillo sue tribus distinctos esse sigillis

Sæpius his ipsis collatis, crede, notaui.

Atq; hasdeme notas tantum, impressasq; figuras,

Hos inter se quidquam differre negabis.

Quinta autem terræ species celeberrima partim v.

Purpurat aucta croco, partim albicat, utq; puta

Byzati viciata, nec illa frequenter esse (ta est

Cernitur, aut usquam prorsus magis obvia. cuius

Pastilli reliquis maiores esse frequenter,

K 3

Atque

L I B E R

- Atque characterum formæ, ductusq; notantur;
VI. VII. Pastillorū alias reperis, duplicesq; figuræ
Distinctas specie, atq; notis, quarū vtraq; rara est
Et medicus reliquis mage commendata, sed illa
Prorsus ab hac gustu nil discrepat, atque sapore,
Illa sed hac paulo forte est salebrosior, atque
Mista magis sabulo, & rigidis magis aspera are-
- VIII. Estq; sigillata species octaua rubricæ, (mis.)
Sed vitiata bolo Armeniæ, binisq; figuris
Siue inscripta notis tantum, quibus utiq; forma
A reliquis distat, quamvis nil discrepet orbis,
- IX. At vero supereft huius forma altera terra,
Quæ compacta parum, vel nō satis ante subiecta,
Sed saturata nimis sabulo est male pinguis arenæ,
Aut excocta paru, aut senio velut icta fatiscit.
Huius item pastillus honestu est ductus in orbē,
Assimilatq; nucis simul & cum mole figuram.
Sed depresso erat coni sub acumine vtrinque
Fastigatus apex. Vnde illi forma remansit
Sic modice presso plana, atque æquata sigillo.
- X. Ultima Lenniace, & species magis obvia terra,
Pluribus illa notis, nec non maioribus orbem
Interpicta, quidem pretio maiore paratur,
Cui naturalis, nisi me sententia fallit,
Nidor odorifero sic fragrat aromate in ore

Manden

Mandentis, veluti si sit sapor arte paratus.

Sed non heic cunctas illius denique terræ
Cura mihi numero effigies, speciesq; referre,
Cuius nulla quidem statuit finemq; modumq;
Experiens usus hominum, atq; industria sollers.
Præsertim si parua aliqua ob compendia cordis
In penetrata sitis furibunda irrepserit auri.

Nunc vero ista sibi qui nam primordia porro,
Sumpfit, & unde rudis concepit semina tellus,
Difficilis causa est, & inextricabilis ordo
Cœlestis fati, atq; huius perquirere causas
Cunctarum, & cœcis euoluere velle tenebris,

Naturalis
causa virtu-
tis huius ter-
re inquiritur

Haud unquam humani potis id præstrare facultas
Ingenij, tenuisq; hominum vis insita menti,
Ni suffulta prius diuini numinis aura
Ipsa sit, idq; fauor conceptus ab æthere præstet.

Sed cum continuè, dextrèq; potentibus ille
Defuerit nunquam, nec opem, auxiliumq; negarit
Sollicitis rerum (quid enim speremus inertes?)
Experiar, tute aura, præcor, mihi cœlitus adfis
Aetherea, oq; tuo mea peccora rore serena.

Qui cœlu, atq; auris, maris æquora, & æquora
Aeternis regit imperijs, Deus unus, ubiq; (terre
Mansurasq; dedit per secula iugia leges.
Principiu, & causa est naturæ rursu illa secunda.

L I B E R

Omnibus in rebus constans perdurat origo.
Quidquid enim fieri natura creditur, omne
Id virtute Dei fieri censetur, & idem
Spiritus intus agit, genitalia semina rebus
De super infundens, omnes creat, auctat, alitque
Nullus ut istius iam sit diffusilis auræ,
Nullus in orbe locus diuini numinis expers.
Et quia certus agens vigor hoc descendit ab alto
Aethere, qui sese terram diffundit in istam,
Qua licet applicata varijs obsistere morbis,
Nulla alia aut causa, aut ratione aliunde petita,
Virtuti, mentiq; Dei sollertia id vni,
Atque voluntati diuinæ adscribimus ipsi.

Postquam deinde situ, & posito squalore marina
Hypsipylea satis perspeximus oppida, tempus
Admonuit veteres, cœptosq; capescere cursus.
Ut primum ergo dies aliquot nauclerus hiulcas
Observarat aquas fremitus posuisse minaces.
Vidit & equoreos fluctus Aquilone secundo
Leniter in summo crisspare volumine ponti,
Continuo resides socios ad litora cogit,
Pasaq; sollicitus pelago dare vela patenti
Imperat, & demptis dissoluere funibus oram.
It magno propulsâ ratis molimine ab aliis
Sedibus, & segni cumulo circumfluæ arenæ,

Hanc

Hanc etiam totis annixi viribus omnes
 Pellentes latus in dextrum, mox inde sinistrum
 Certatim iuuenes vi, vix, ægreq; reuelunt.
 Sic porru progressa leui ad spiramine, demum
 Liberiore mari fruitur, ventoq; secundo,
 Et properat tumido per spumea cœrula velo.
 Interea à tergo mirantibus, edita pronas
 Ora recedentis terræ subsidit in vndas.
 Nullaq; mox Lemnos, nusquam Volcania tellus
 Apparet; vastus nam sensim pontus, & aura
 Prospectum ex oculis terræ procul abstulit oem.
 Sic facilem cursum non nullo tempore nostra
 Optatis pinus successibus vsa peregit.
 Postridie à tergo picea caligine tristis
 Exoritur nubes pluuias, ventosq; minata,
 Primus & hinc Boreas procliveis incitat vndas,
 Dein Zephyrus, Caurusq; furēs, creberq; procellis
 Africus, alternis distorquent flatibus alnum,
 Corripiuntq; ratē tumefacta per æquora, & ipsa
 Fluētibus inuoluunt luctantes vndiq; venti.
 Exoritur clamorq; virūm, gemitusq; paucatum,
 Et se quisque dolet, queriturq; animosius æquo
 Nunc ausum infido sese committere ponto.
 Ipse ratis rector demitti carba a dudum
 Iussit, & antennas velorum inuoluer alis,

L I B E R

Clamore incassum cœlumq; auraſq; fatigans.
Nam fragor horrisonus, tempestatesq; ſonora
Sollicitos nimis impediunt, turbantq; ministros.
Quippe prius laceros quam quassa puppe rudēteſt.
Abſtulerat turbo, non quid iubeatūc, vetetūc
Naclerus, circum turbantibus omnia ventis,
Nec iuuenum quisquam potis eſt audire vocantē.

Vertitur hoc paēto cœlum caligine circum
Protinus inuoluens picea terramq; fretumq;.
Quodq; mage horredū noctis ſimul umbra ſubi-
Et violenta ſimul creuit cū nocte procella. (bat.
Consilij omnis inops hæret qua dirigat arte
Nauta ratem, haud ultrā viētū iā flectere clauū
More valet ſolito ventoq; impulſus, & vndis.
Incubat ex omni tempeſtas horrida cœlo.
Quotq; ruūt tumidi rapido cum turbine fluctus,
Nos totidem diræ ſunt viſa inuadere mortes.
Atq; omnes pauitare metu, ceu morte propinquā
Deq; ſua prorsus iam diſperare ſalute.
Consilij incertus tandem, certusq; pericli,
Cogitur incertis committere fluctibus alnum
Ipſe gubernacli custos, ſic denique noctem,
Quam longa eſt, varijs nos tempeſtatibus acti
Huc, illuc miſerè dubijs iactamur in vndis.
Attamen instanti morti ſubducimur, uno

Numinis

Numinis auxilio tuti, fatoq; Tonantis.

Verum ubi iam cœlo tenebras Aurora fugarat,
Reppuleratq; nigram rubicunda lampade noctem
Cynthius, Eois rursum redditurus ab undis,
Tristia tum demum vanescere nubila cœlo,
Vastaq; cœperunt agitata quiescere ponti
Aequora, paulatim iam tempestate remissa.
Ergo quassatam ventis aduertere primum
Hæc quecumque forent, ad proxima litora nauim
Omnibus idem animus, cum protinus agmine magno
Scilicet ad votum sese veluti aquore ab alto
Exseruisse procul miramur tecta domorum.
Acclamant alacres socij, terræq; propinqui
Exsultant, & mox superis Dijs carmine grates
Persoluunt, lætoq; sonant lata æquora plausu.

Interea ad clavum residens in puppe magister
Sollicitusq; animi pertentat fumibus altum,
Et bolide eiecta peregrinas haurit arenas,
Educat & obseruans proprius discrimina terræ,
Cuius ab aspectu potuit cognoscere primo
Vicinam Lesbon. quid non, prò Iupiter, acri
Ingeniosa potest hominis sollertia tandem?

At reliqui audit o memorati nomine Lesbi
Clamorem attollunt nautæ, Lesbonq; salutant
Lesbum exoptatam, quo primum tendere cursum

Instituit

L I B E R

Instituit Lemni soluens à litore nauta.

Ergo ubi iam fessos nos insula litore amico
Excepit, superis per soluere vota vocatis
Admonuit primum seruata in puppe magister,
Qui subiit laxi rursum moderamina clavi.
Quassatamq; ratim ventis, & fluctibus undæ
Imperat in bibulam famulos propellere arenam.
Nos reparare cibo vires in membra rotatu
Eluxata iubet, multoq; madentia fluctu.
Utq; potest dictis mœrentia pectora mulcet
Consternata metu, mortisq; horrore propinquæ,
Et reuocare animos, ac mœstum corde timorem
Mittere, & insanæ iras contemnere ponti
Hortatur, rapidas nec formidare procellas.

Interea Aemonia properabat Vesper ab Octa,
Hesperiumq; fretum Phœbus temone petebat.
Postquam epulis sedata fames, mox somnus ocellū
Irrepsit, duras mora nulla in puppibus altis
Pars bona per tabulas, pars fusi in cespite vino
Sub Ioue, composito laxamus corpora somno,
Atque indulgemus thalamis nulla arte paratis.
Donec flammiferum tollentes & quore currum
Solis equi sparsere diem, iamq; orbe renato
Diluerat tenebras Titan, noctemq; fugarat,
Purior & sudi se protulit aura diei.

Sic ubi

Sic ubi rupta quies, excusaq; lumina somno,
 Atque insperata sumus heic tellure potiti,
 Altas vitiferæ Lesbi descendimus oras,
 Protinus ecce loci Præses accurrit, & ipsam
 Miratur laceram, & quassatam fluctibus alnū,
 Miranturq; omnes nos tanto in turbine, & estu,
 Mille procellarum vitam potuisse tueri.

Non mihi crede, hoīm seruātur cuncta labore,
 Nostra nec arbitrio mortali fata reguntur,
 Sed quidquid patimur de cœlo prouenit alto,
 Et conuexa suis concurrunt omnia caussis,
 Ut decreta Dei, & fatorum expostulat ordo.

Quassatam interea reparat dū nauita classem,
 Restauratq; canas laxa compagine rimas,
 Atque nouos aptat solito de more rudenteis,
 Incoctos resinæq; picisq; liquore tenaci,
 Nos capri nouitate loci, famaq; priorum
 Lustramus Lesbon, validis ubi moenibus olim,
 Multarumq; ferax segetū Methymna vigebat, Metbymna.
 Usque racemiferis sed clarius exstitit agris.
 At nunc (usque adeò nil non vitiosa vetustas
 Perdit, & indomitis consumit dentibus æuum)
 Illius informes procumbunt undique muri,
 Quorū vix reliqua tam clara ex urbe supersunt
 Decidue turpiq; situ, senioq; ruine.

Hinc

L I B E R

Hinc mox digredi ad vicinā pergimus urbi,
Magnifica castri Mitylenen mole superbam,
Vnde parum hoc veteri mutato nomine tota
Insula nunc Metelin vulgari voce vocata est.
Hec gemino quondam portu, multisq; celebris
Ingenijs, verum stagnante, parumq; salubri est
vitruius li. Aedificata loco, & quem pestilis inficit aura.
i. cap. 6. Auctaq; de saxis aliarum est sola superstes.

Strabo. Aris-
be terrarum
motu fabuer-
sa: Pyrrha
bausta mari.
Nā reliquæ heic olim numero octo funditus urbes
Aut periere solo, aut absorptæ fluctibus vnde,
Paulatim aut vastam senio traxere ruinam.
Dum collapsa vetat reparari mœnia, & omnes
Christicolum cœtus in adepta dissipat urbe
Helleponiacis rigidus dominator in oris.
Inducitq; nouum, Geticaq; ab origine vulgus,
Et Mahumeticole lectissima robora pubis,
Qui mores, patriamq; fidem, ritusq; tenere,
Turcarumq; queant leges, & iura tueri.
Hisq; dat imperium populi, & committit habendas,
Quam longe extendit se vicia insula circum.
Quæ mera collunies gentis sola occupat urbis,
Munitasq; arces, & tutis oppida muris.
Quæ sitamq; armis prædam raptoris iniqui
Custodes seruant cura, studioq; fideli,
Et vigili semper, multaq; indagine fineis,

Atque

Atque aditus omnis subito tutantur ab hoste.
 Edictisq; cauens, haud mollibus imperat heros
 Thraci, indomitū resonat cū classica Martē,
 Ne vīctos impunē sinant ductore sub illo
 Christicolas præscripta stipendia, & aera merent,
 Nec sese pugnæ violentibus inferere vndis,
 Neue sinant socijs vitam traducere castris.
 Ut resides turmæ, desuetaq; corpora bello,
 Sanguinei Martis cū res, & tempora poscunt,
 Mascula lētiferi detractent munera ferri.
 Fœdaq; mollities, & lenta ignavia, & ipsis
 Assidua emeritam corrumpant otia vitam.
 Ne sub dura semel Turcæ iug' a fortè redactus
 Religionis amans populus, Christoq; fidelis
 In libertatem sumptis se vindicet armis.
 Sic nunc exacti veteres hac urbe Pelaſoi,
 Atque pia Christum qui religione professi,
 Excentur agris, curuo aut proscindere aratro,
 Et versare solum Cereri, vel commoda Baccho
 Arua soli putris domitare ligone coacti,
 Et propagandam scrobibus depangere vitem.
 Nanque hac præcipue ante alias est Lesbia tellus
 Nobilis, & iam olim generoso palmita clara,
 Quanquam etiam ditet Cereali messe colonos.
 Quin & fruge alia, siliquisq; sonantibus agri
 Fluescunt

Turca edicta
 cauet, ne Chr̄
 stiani armas
 tracent.

L I B E R

Flauescunt paſſim Crimno, Maz'aq; parandis.
Et reliqua vbertim fecundi munera ruris,
Victus, et humanus quæcunq; heic postulat vſus,
Suppeditāt, pecudū genus omne, gregesq; volucru
Altilium, innumeras armentorumq; cohortes.

Iamq; ratem contra fluctus armarat iniquos
Nauita, cum socios ad proxima litora cogit.
Quandoquidem à puppi spirantes leniter aure
OppORTuna monent captanda ea tēpora. prompti
Mox iuuenes curuo tortos à litore funeis
Abripiunt, cupidi committere flatibus alnum.
Pandaq; necentes subducunt suppara fune.
Excipiuntq; auras venienteis. ipsaq; puppis
Perstringens resonos securo tramite fluctus,
Vix Mylēnæas à tergo liquerat oras,

Chios. Candida cùm vasto Chios æquore Solis ad ortum
Prominet, exsertans iuga multum Aruisia vino
Nobilitata nigro, paulatim illisq; propinquum

Phanæus, nūc Conſpicimus læti redimitum fronde Phanæum
Phanale.

Pampinea, ac vireis, & amictas vitibus vmos
Eminus attollentem, & robore Lentiscino
Augusta frontem pro maiestate superbam.

Mox magis, arque magis cœpit, propriusq; videri
Insula diues opum, & variarum vberrima rerū,
Et vicina licet fecundos meſſibus agros,

Ingit̄

Iugiter & vino iactet se Lesbia tellus,
Nulla tamen bifero lentisci germine tecum
Clara Chios dignè certauerit insula, nulla
Vtilitate pari tecum certauerit arbos.

Quæ viridi semper folio, semperq; grauata
Paulatim triplici solita es grandescere fetu,
Alter vt, in morem Lerneæ scilicet hydræ,
Maturo cedente nouis succrescat alumnus.
Qui primum rufus, sed post maturior atrum
Nigrescens acinis inducit sero colorem.

Nec tantū hoc fructu domino vtilis, aut quod ho-
Apta voluptati fessis cultoribus, atque (nestæ
Prebeat optatam vulgo potantibus umbram:
Verum etiā lentæ tragacathæ, aut gumiis ad instar
Sudat odorato humorem de cortice flauum.

Ac veluti cerasis, aut Phyllidis arbore gratum
Sæpe sub autumnum mucosus liquitur humor.
Hac subito tum merce noua terræ incola diues
Colligit immensos pretiosæ messis aceruos.
Exercetq; alijs latè commercia terræ
Illius hinc cultus populis, & cura serenda
Arboris, & longos industria multa per usus.
Heic omnes circum campos, atque omnia latè
Rura tenent circum Lentisci robora, & omneis
Sæpè replet culeos dominis Lentiscinus humor

Lentisci de-
scriptio.
Cicero de di-
uinatioe li. 1.

L I B E R

Qui grato resinam terebinthi imitatur odore,
Inq; picis morem concretae frigore sensim,
Collectus spatio durescit temporis arcti.

Quin etiam indigenas tota hac tellure pueras
Et muliebre genus præstantia tanta decoris,
Atque adeo exactæ commendat gratia formæ,
Vt candore niuem superent. sic denique oratum

XIwp Grecè De niue nomē habet deductum ab origine Græca
niuem: vnde Insula, quæ duro nunquam subiecta Tyranni
Chios dicta Helleponiaci imperio, sed pendere tantum
est. Est tandem reliquos de more coacta per annos
Sorte tributi, auri numerati certa talenta.

Hinc resoluta ratis Chio de litore, salvi
Stagna secans ponti rapidos præteruolat Euros,
Et lentis ciferas celeranter deserit oras.

Psyra. Psyræq; quæ medio rupes velut horrida ponto
Scyros, Achil Naucratis dudum latuit, modo culmina summis
lis latebre. Extulit ex vndis, sequitur quam rupea Scyros,
Pelidæ quondam latebræ, cum callida genitrix
Femineo fructu genitrix cœlarat amictu.

Euboë. Inde per Euboicos fluctus, ac Calchidos vndas,
Et refluxi vectis septena volumina ponti
Capharens. Exseruit scopulos, & naufragia saxa Capharens.
Quæ postquam à tergo securi liquimus, ipsis
Vela notis effusa damus, pelagoq; vagamur
Multot

Multos inde dies, longasq; ex ordine noctes.
 Prima cycli donec refugii caput extulit Andros, Andros.
 Mox aliæ, rursum his aliæ succedere sensim
 Cœpere in curuum dispositæ Cyclades orbem, Cyclades,
 Paulatimq; velut turres succrescere visæ,
 Quarū nec numerū, nec nomina dicere promptū.
 Dumq; heic per mediū ferimur properate carina,
 Rursus oberratas dextrā, lxxuaq; sub vndas
 Paulatim veluti turres sub sidere visæ.

Hæc postquam crebris euasimus æquora terris
 Confita, iamq; maris spatiū confecimus ingens.
 Inde ratis Sporadum ventis agitata secundis sporades,
 Sulcabit fluctus inter nullo ordine terras
 Intempestivum sparsas hinc inde per æquor.
 Inter ea Hesperij deuexo in margine ponti
 Phœbus anhelanteis disoluti ab axe iugaleis.
 Cum subito metuens hiemis proreta reductam
 Torquet in obliquum translati funibus alnum.
 Ipsaq; nimbi seris auris agitata carina
 Präceps ad litus resonanti turbine fertur.
 Vela prius iuuenes quæ dimisere, repente
 Colligere approparent, laxisq; inuoluere vinclis.
 Impelluntq; ratem magno conamine in arctos
 Anfractus, quæ se Aegeas extendit in vndas
 Sunion, & tuto latitant Piræa recessu. sunion, nunc
 Capo delle co

L I B E R

Interea rapidi dum turbant vndiq; venti
Aequoreos fluctus, & dum magno impete saeuia
Hinc Notus, abruptis Aquilo hinc insurgit habet
Sesimus extremā nautas circa Attidos orā (nū)
Occuluisse ratem, tempestatesq; furenteis
Belbina, nūc Vndique Belbinijs exclusas rupibus. ergo
Blenda. Roscida cūm primum pulsis Aurora tenebris
Fulsit, & orta dies respersit lumine terram,
Visendi studio, & lustrandi cuncta calore,
Atque nouo veterum correptus amore locorum
Decreram celebres terras inuisere, & hisce
Explorare oculis, quondam qua litoris ora
Palladiē steterant Græcorum gloria Athene.
Mox accedebant, studijsq; equalibus omnes
Mecum iter emensi longum terraq; marique
Ardebant socij, paribusq; accingimur aūsis.
Conductoq; viæ qui se promisit iniquæ
Ductore, aggredimur fineis lustrare propinquos.
Attica saxosa Ille viæ certus dubios, timidosq; pericli
fuit. Mūsterus Per nemora, ignotosq; locos, perq; aspera saxis
Strabo Athe- Tesqua, per et scopulos, et iniquo marmore cantes
nas petrā suis Scabrosas, densis atque inuia sentibus arua
se, inquit, in Ductat, Athenarum nos sistere in Urbe vetusta
planicie sitā. Pollicitus, nobis & adempta Palladis arce.
Iamq; iter emensi, vasta omnia, & oīa cultus
Indiga

Indigam miramur, primisq; habitata colonis
 Arua olim, neglecta situ, & squalore pudendo
 Iam iam obducta, scelus pro lamentabile, nostros
 Cum procul ante oculos se attollit in æthera moles
 Arcis, perpetuo, & saxo constructa vetusto.
 Cuus induratis longè rutilantia Lunis
 Ardua cœliuagæ feriunt fastigia nubes.

Mox heic duxor ait doctæ quæ thure vapora
 Assidue quondam caluit Vetus ara Miuerae,
 Quaq; laboriferis, validisq; immane columnis
 Templum illi æthereas sese extulit usq; sub auras. Tēplū Miner-
 Arx tantum celebris hoc tempore, montis eodem ue etiam nūc
 Quæq; imposta iugo est, vastas prospectat in un exstās dorico
 Aequoris, & circū dispersa mapalia, et oīs opere cōfectū
 Extero indigenas nocuo tutatur ab hoste, das peristylio cir-
 Nobilis arx, toto quā non est altera Graio cūdatū 48.co
 Nota magis regno, validisq; instrūctioni armis,
 Igniuomoq; magis tormentorum impete tuta.
 Ergo omnis, quæ tunc coluit gens Attidos oram.
 Huius præsidio, & munimine freta, dicatus
 Heic veterem Christi multos seruarat in annos
 Religionem animis, sacroq; est fonte piata,
 Donec Christicolis infidus transfuga tandem,
 Quem dudum agnouit proprium Floreūia ciuem,
 Huius adoptiuas arcis, Vrbisq; propinquæ

lumnarum.

Florentinus
 quidā Turcis
 prodidit aree
 Sebinae.

L I B E R

Maiorum de more datas suscepit habendas,
Assereret populum, ut iniqua à fraude Tyranni,
Qui Christum Argolica regione abolere parabat,
Perdere Nazareos penitusq; excindere gentem,
Quæ sortita fuit Christi de nomine nomen.
Qui postquam in partem fuerat, sortemq; petiti
Imperij electus, regniq; in iura locatus,
Ecce repente, nefas, pacta mercede, perenne,
Et scelus indignum, Mahumeti vendidit auro.
Qui miseros penitus populata per arua colonos,
Indigenasq; omneis victor ferro impius hausit,
Moxq; suum, exactis reliquis, in nomen ituros
Induxit populos, Mahumetanasq; phalanges.
Quid vesana fames auri, quid cœca cupido
Argenti, tandem sceleris quid linquit inausi?

Quò simul, ac tādem leti peruenimus, urbem
Nullam, & magnificas nullas offendimus aedes.
Nulla Ducum, Regumue palatia. mœniaq; urbis
Nulla locum, nullæ cingebant mœnia fossæ.
Sed raras inculta casas perrura stupemus,
Viliaq; exiguo constructa mapalia sumptu
Ruderibus, veterumq; ingentibus hisce ruinis
Templorum, ac domuum, quas desolauerat, ehen,
Urbis Athenarum profugus, quondam incola diues,
Atque hæc Barbarico penitus concessa furori

Hosti

Aeneas Sil-
vius de Euro-
pa.

Hostis in oppiduli formam, viciue redegit.

Arxq; vigil custos specula ceu turris ab alta,

Affida cura subiectam protegit urbem

Hostis ab incursu rapido, externoue tumultu.

Vndiq; sic misere nobis spectantur Athenæ.

Dedala quas Pallas sese coluisse negaret.

Quas Neptune pater nunquam tua moenia dicas.

Indigenæ Sethina vocant. duraq; coacti

Pauperie assuerunt vitam tolerare rapina.

Aut passim infestant furto, raptoq; propinquia

Aequora piratæ, sed quæ pars æquior, hamis

Fallit inescatos tereti sub arundine pisceis.

Aut desolatas exercet vomere terras,

Semper inops, misera, infelix, rerum oīm egens.

Sic fortuna etenim magnis est inuidia rebus,

Nec stabile est quidquam miseris mortalibus vñq;)

Quæ reliquias sacris superauit legibus urbeis,

Primaq; quæ duro versata est vomere tellus,

Nunc vix nomen habet. qua nulla illustrior oīm

Moenibus, atque foro, patulis naualibus, armis,

Quæq; alijs opibus viguit, domibusq; virisq;

Demolita iacet, miserisq; excisa ruinis.

Libera quæ quondam, proprijs quæ legibus ample

Imperitans, trifidi caput orbis, & vñica terre

Gloria, quam studio pulcre virtutis, & equi

*Athenæ, nūc
Sethina.*

LIBER

Magnanimi coluere Duces, quam lumina vasti
 Imperij, & Graiae quondam decora inclita publi
 Seu desiderio studiorum nobilis otium
 Cultores, Vigili sophiaeque potentis amore,
 Arcanas cuperent rerum perquirere causas,
 Naturae vices varias, seu grata perosi
 Otia se potius duri Mauortis in armis
 Exercere, decusque hinc querere fortibus ausis
 Optarent, ut quosque manent sua premia fortis,
 Omnibus ex aequo studijs, virtutibus, atque
 Artibus ingenuis fuit haec letissima sedes.

Quin quae ipsis etiam fuerat quodam hospita dimis
 Terra, laboratis uberrima frugibus, aruis
 Diues oliuferis, & prorsum muneric expers
 Nullius, ad victimum humanus quod postulet usus
 Qua neque clarorum secundior villa virorum
 (Pro variis rerumque vices, sortisque caducae
 Incertum imperium) iacet, heu, sine nomine tellus,
 Nunc tantum tellus, & flebilis urbis imago,
 Aut urbis potius triste, atque informe cadaver,
 Aut quocunque placet hanc nomine forte vocare,
 Durare ducta manet funesta in iura Tyranni,
 Atque obstricta ingo servili, heu, perdita tellus.
 Sicque labore via fessis est una peracta,
 Et pariter rerum stupidis lux altera, donec

Orto

Orto māne nouo stratas iam tuta per vndas
 Semita, iamq; Notis rursum ponentibus auræ
 A tergo faciles Aquilonis vela vocabant.
 Ergo citi ad nauim quā proxima litora sese
 Ostentant, quā nota duci compendia, tritum
 Acceleramus iter, donec peruenimus omnes,
 Nostra fuit curuo quo condita litore puppis.
 Hanc ubi festini conscendimus, ilicet amplio
 Linquimus insignem celebri Piræa portu.
 Et fugimus tumido per peruia marmora velo.

Iamq; procul celsas Lelegæia litora sensim
 Attollunt turreis, prope quas Thesæia Træzen
 Exserit antiquos Scyllæo è litore muros.
 Nec procul hinc medio scopulosa Calauria ponto
 Obiicit ante oculos sese, patiturq; per auras
 Paulatim magis, atque magis, propiusq; videri.
 Dum retro subsidit aquis cretosa Cimolus,
 Et lapidosa vndis occultans rudera Melos.
 Assiduoq; vagi deuexo à vertice Olympi
 Impulerat rapidam vélis turgentibus aura,
 Incumbens vasti pelagi per cœrula, puppim.
 Dumq; diem ad metam decluem Phœbus anhelis
 Impellebat equis, fuscabat & Hesperus umbra
 Paulatim infusa properantem ad litora currum,
 Præterit Argolicosq; sinus, veteresq; Mycenæ, Mycenæ.

Pli. li. 4. ca. 7
 Locri Epicme
 nidij cognoscantur, o-
 lim Lelegæ
 appellati.
 Scyllæu, nunc
 Capo de sy-
 gilli.
 Calauria, nunc
 Sidra.
 Cimolus.
 Melos.

L I B E R

*Lerna, lacus
in Argiuo a-
gro.*

*Maleū, nunc
Capo Malio.*

*Antraq; cæruleæ puppis declinia Lernæ,
Et malefida petit truculentæ saxa Maleæ.
Heic statim summo turgentia linte a malo
Colligere, & feßam iussit firmarier alnum
